



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Clemente VIII. Creati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

- De Sacramentis Ecclesiæ in genere.
 De Sacramento Eucharistiæ.
 De authoritate Sacerdotum per Sacramentum penitentiæ.
 De sacrificio Missæ.
 De Purgatorio & oratione pro defunctis.
 De Indulgentiis.
 De Prædestinatione.
 De imaginibus.
 De intentione Papæ in erigendis seminariis contra librum ab hereticis in lucem emissum sub nomine Iustitiae Britannicæ.
 Bibliaque è latino in Anglicum Idioma transtulit.
 Romæ iacet in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis nationis Anglicanæ cum hoc Epitaphio.

Deo Trino & Vni. Guillelmo Alano Lancastriensi S.R.E. Presbytero Cardinali Angliæ, qui extorris à Patria perfunditus laboribusdiutinis in orthodoxa religione tuēda, sudoribus multis in seminariis ad salutem Patriæ instituendis, fouendis, periculis plurimiis, ob Ecclesiam Romanam opera scriptis, omni corporis & animi contentione defensam; Hic in eius gremio sciētiæ, pietatis, modestiæ, integratatis famâ, & exemplo clarus, ac pius omnibus charus occubuit 17. Kal. Nouembris anno ætatis 63. exiliu 33. salutis humanae 1594.

A CLEMENTE VIII. C R E A T I.

FRANCISCVS TOLETVS Cordubensis Cardinalis, Societatis IESV Theologus, quæ citra assentationem diuinâ prospicientia ad huius seculi propulsandas hæreses commodum, exorta videtur. scripsit exculto eloquio

& perpolito, quantum per argumenta scriptio[n]is licet,

Introductionem ad Logicam.

In Logicam Aristotelis.

In 8. Libros Physicorum.

In lib. de Generatione & corruptione.

In libr. de Anima.

In Euangelium D. Ioannis.

In 12. capita Euangeli D. Lucæ.

In Epistolam ad Romanos.

Summam casuum conscientiæ.

Sermones 15. in Psalmum 1. & 30. & in duo Epistolæ ad Romanos loca tractatus.

Item Concionum tomos aliquot. Romæ ut testamēto cauerat sepultus est in Ecclesia S. Mariæ Maioris cum hoc Epitaphio.

D.O.M. Francisco Toleto Cordubensi S.R.E. Presbytero Cardinali summo Theologo, Verbi dei Prædicatori eximio, in rebus magnis agendis consilio & prudentiâ singulari, qui ob excellentem virtutem & merita præclaro Clementis 8. Pontificis Maximi iudicio, primus in Societatem Iesu amplissimam dignitatem intulit. Vixit annos 73. menses xi. dies x. Obiit anno 1596. die 14. Septembris, Sancta Dei genitrice hærede institutâ, presbyteris qui ad eius altare missas celebrant censem perpetuo attribui iussit. Benedictus Iustinianus, & Petrus Aldobrandinus Cardinales executores testamentarii, Collegæ optimo, & capitulum & Canonici huius Basilicæ viro amplissimo & optimè de se merito posuerunt.

FRANCISCVS MARIA Taurusius Politianus ex Archiepiscopo Auenionensi Cardinalis, Annalium

Ecclesiasticorum Cardinalis Baronii priores Tomos
Italicè reddidit. Obiitque anno 1608.

CÆSAR BARONIVS Soranus, prisci & integri
moris Cardinalis, virtutum omnium pietatisque præ-
fertim, quæ inter eas familiam dicit, exemplar abso-
lutissimum, cuius in dies fama copiosius integrascit,
obtruso spectabilis præfulatus acremento inuitè no-
bilitatus, nil prorsus à pristinæ vitæ instituto declina-
uit, principisque loci Leonis xi. decessu, interuacantis
spem obiectam & indubiam, vel absque couerfatione
suffectionem oblatam, cum magna suffragiorum pars in
illum inclinaret, tantâ animi contentione refugere se
ad significauit, vt inanis ambitus omnino expers, & ca-
ducis pernendishonoribus validissimus, serio ab omni-
bus diiudicatus sit. Misit in æuorum perennitatem.

Notas in Martyrologium Romanum disquisitis
observationibus interstinctas.

Paræneticam instar voluminis Epistolam ad Reim-
publicam Venetam.

Annaliumque Ecclesiasticorum Tomos 12. spil-
sum opus & operosum cui gloriose immortuus
est, Tomo 12. à decessu ipsius edito.

1.

Aduentu Domini nostri Iesu
Christi, perducitur usque ad
Traiani Imperatoris exor-
diū, complectitur annos 100.

2.

Exordio Traiani perducitur us-
que ad Imperium Constan-
tini, complectitur annos 205
sextum ex parte attingit.

3.

Imperio Constantini perduci-
tur usque ad Constantii obi-

		tum, complectitur annos 66. sextum ex parte attingit.
4.		Imperio Iuliani Apostatae per- ducitur usque ad obitum Theodosii continet annos 34.
5.		Anno Christi 365. perueniens usque ad 440. continet annos 45.
Tomus.	6. { incipiens ab }	Anno Christi 440. perueniens usque ad 518. continet annos 78.
7.		Anno Christi 518. perducitur usque ad annum 590. conti- net annos 73.
8.		Anno 590 perueniens usque ad 714. continet annos 124.
9.		Anno 704. perueniens usque ad 842. continet annos 128.
10.		Anno 843. perducitur ad annum 1000. inclusuè, continet an- nos 158.
II.		Anno 1001. perducitur ad annum 1099. inclusuè, continet an- nos 99.
12.		Anno 1100. perducitur ad an- num 1198. continet annos 98.

Romæ iacet in æde S. Mariæ de Vallicella cum
hoc Epitaphio, Cardinali Taurusio etiam com-
muni.

D. O. M. Francisco Marie Taurusio Politiano, et Cæsari
Baronio Sorano ex Congregatione Oratorij, S. R. E. presbyteris
Cardinalibus, ne corpora disiungerentur in morte, quorum animi
diuinis virtutibus insignes, in vita coniunctissimi fuerant, eadem
Congregatio unum utrique monumentum posuit. Taurusius vixit
annos 82. menses 9. dies 14. Obiit 3. Idus Iunij 1608. Baronius
vixit annos 68. menses 8. Obiit pridie Kalendas Julij 1607.

FRANCISCVS MANTICA Vtinensis Cardinalis,
Iurisprudētiam Patauii summa cum gloria publicē pro-
fessus est, scripsitque

De Coniecturis yltimarum voluntatum libros 12.

De tacitis & ambiguis conuentionibus lib. 27.

Obiit anno 1614.

D OMINICVS TVSCVS Regiensis, ex Episcopo
Tyburtino Cardinalis aduersatricis fortunæ insultus
paruipendens infraet semper constitit animo, cum
que vniuersā iuris scientiam in numerato haberet; scri-
psit instar Repertorii

Practicarum Conclusionum Iuris in omni foro
frequentiorum tomos 8. prægrandes. Viuit hoc
anno 1614. eruditioique etiamnum (vt autu-
mo) quamuis inclinata iam ætate & ad occasum
vergente pro viribus consulere pergit.

ARNALDV S OSSATVS ex vico Cassegnabere
dioecesis Auxitanæ Gallus, iudicij per omnia persensi
Cardinalis, patriæ suæ negotia pro solatiis accipiens iis-
dem Romę feliciter insenescere voluit. scripsitque

Expositio-

Expositionem in disputationem Iacobi Carpeta-
rii de Methodo.

Additionem ad eandem expositionem.

Epistolas aliquot aduersus Carpentarium.

Quædam in medicina, ut Spachius indicat.

Et alia nunquam excusa. Romæ iacet in Eccle-
sia S. Ludouici cum hoc Epitaphio.

D.O.M. Arnaldo Ossato Gallo S. Eusebij Presbytero Car-
dinali, Episcopo Baiocensi, qui omnium per multos annos Gallica-
norum in urbe negotiorum, Consiliorumque particeps & admini-
ster, rariissimæ in Reges suos fidei, egregiorumque meritorum testi-
monio sacra purpurâ ornatus, amplissimi ordinis dignitatem, eâ
sapientiæ integritatisque famâ, eaque officiorum in omnes propensio-
ne cumulauit, ut sui desiderium exterisque quoque nationibus cum
admiratione reliquerit. Vixit annos 67. menses 6. dies 20. Decessit
pridie Idus Marij 1604. Petrus Bossu Lugdunensis Cubiculi præ-
positus à Secretis, & Renatus Cortin Andeganensis à Cubiculo ite
& Secretarius, ex trientibus hæredes Patrono optime & indul-
gentissimo S.P.P.C.

S Y L V I V S A N T O N I A N V S Romanus Cardinalis,
cuius vita à Iosepho Castallione edita est. Romæ & Fer-
rariæ humaniores literas publicè professus est, amplissi-
maque fortunâ usus, modicos natales ab obscuritate vin-
dicauit, scripsit

De Christiana puerorum educatione, iussu S. Ca-
roli Cardinalis Borromæi.

De successione Apostolica.

De conscribenda Pontificali historia seu de stilo
Ecclesiastico.

De Primatu Petri,

Lucubrationes doctissimas in Aristotelis Rhetoramicam & Ciceronis orationes.

Homiliae complures.

Orationes 13. Ferrariæ & Romæ habitas quæ nuper editæ sunt.

Explicationes & Censuras varias.

Brevia Apostolica stilo elegantissimo cum apud Summos Pontifices Secretarii munere fungentur.

De Italiæ calamitate, carmine.

Heroica carmina ad Cæsarem. Et alia quædam.
Ad hæc

Achillis Statii ep̄w̄tua Gabrieli Faerni lucubrations in Terentium, notis passim appositis, variisque præmonitoriis & liminaribus Epistolis sigillatim præfixis, plurimum adauertavit, emaculavit, præloque commisit. Obiit Romæ die 16. Augosti anno 1604 Sepultusque est in æde S. Mariæ de Vallicella in qua nondum Cardinalis locum Sepulturæ delegerat hoc appositio Epitaphio.

D.O.M. Sylvius Antonianus Presbyter Romanus Sacellum ornauit, locum sepulturæ de legit, anno Domini 1580.

ROBERTVS BELLARMINVS Politianus Marcelli Papæ 2. quem virtutibus reddit, ex sorore nepos, Societatis IESV Theologus Cardinalis, plurima in rem Ecclesiæ omnium captui accommodata, quorum utilitatem nemo non videt, scitissimè scripsit, quæ peritissimo cuique vetustatem etiam habitura videntur, Nempe.

De verbo Dei scripto & non scripto libros 4.

De Christo capite totius Ecclesiæ lib. 5.

- De Summo Pontifice capite militantis Ecclesiæ lib. 5.
- De Ecclesia tum in Conciliis congregata, tūm sparsa toto orbe terrarum lib. 4.
- De membris Ecclesiæ militantis, Clericis, Monachis, Laicis, lib. 3.
- De Ecclesia quæ est in Purgatorio lib. 2.
- De Ecclesia quæ triumphat in Cœlis lib. 3.
- De Sacramentis in genere lib. 2.
- De Baptismo & Confirmatione lib. 2.
- De Eucharistia & sacrificio Missæ lib. 6.
- De Pœnitentia lib. 4.
- De extrema vñctione, Ord. & Matrimonio lib. 3.
- De gratia primi hominis & statu Innocetiæ lib. 1.
- De gratiæ amissione lib. 6.
- De gratiæ reparatione, & statu iustificatorum per Christum lib. 14.
- Iudicium de concordia Lutheranorum.
- De Indulgentiis & Iubilæo.
- De translatione Imperii.
- Liturgiam Apostolicam.
- In Carptorem fulminis Xisti. 5.
- Institutiones linguae hebraicæ.
- Catéchismum Italice.
- Declarationem Symboli.
- Responsionem ad Doctorem Theologum de Censuris aduersus Venetos, & ad tractatum Ioannis Gersonis de excommunicatione.
- Aliam responsionem ad 7. Theologos Venetos.
- In Psalmos.
- Chronogiam breuem quâ nihil circumscriptius
- Descriptoribus Ecclesiasticis.

Et alia quædam opuscula. Viuit hoc anno 1614. ob-
situs æuo, assiduoque molimine quanto nisu po-
test hæreticorum nebulas, quæ difficultatem a-
liquam videntur ingerere, potentiore veritatis
lumine, discutit & dispescit.

SERAPHINVS OLIVARIUS Lugdunensis Gal-
lus ex Auditore Rotæ Cardinalis, cui & hoc gloriose
contigit, quod Henrico Magno Francorum Rege, acti
ingeniorum æstimatori commendante, purpuram pro-
meruerit scripsit

Decisiones Rotæ millequingentas.

Responsionum decisuarum tomum vnum.

Et alia quædam, propediem ut ab hæredibus acce-
pi efflagitantibus typographis, in lucem profe-
ferenda. Obiit Romæ anno 1609. Iacetq; ue in
æde S. Trinitatis in monte Pincio.

JACOBVS DAVY DV PERRON Gallus Episcopus
Ebroicensis Cardinalis ad stuporem doctus, velut scri-
bendi ambiguus pauca emisit sermone patrio, sed pror-
sus ad amissim, quæ natui idiomatis interstrato nitore
& singulari expolitione verborum delectu vbiue ad-
hibito multopere commendantur, videlicet

De ratione intelligendë scripturæ.

De Ecclesia.

De Eucharistia.

De vocatione seu missione Ministrorum Caluinis-
tarum absolutissimum opus quod vel vetusta-
ti nimio plus sapiat.

Acta disputationis suæ statu die cum Philippo
Morneo apud Fontembellaqueum initę.

Confutationem aculeati opusculi Danielis Tileni

Caluinistæ in Traditiones Apostolicas.

Prælusionem certaminis aduersus administratos
Heronæ Lotharingiæ.

Orationem in funere Petri Ronfardi habitam.

Virtutum Moralium cum Theologicis collatio-
nem.

Paraphrasin in Psalmum *Ad te leuani.*

Epistolas varias.

Et densata quædam poëmata limato sermone con-
scripta.

Arduum etiamnum & argumentosum aduersus
hæreticos molitur opus, auidè ab omnibus cùm
hæc an. 1614. cōmentaremur expetitum, & quidē
meritò, quando in huius sæculi hæreticos præ
suo omnis infelix calamus; vnuis quippe aduersus
omnes impari congressione luctator acerimus.
licet veterum obliterandæ memoriæ Sectariorū
recrementis, velut auxiliaribus copiis vndequa-
que accersitis & corrogatis, illa ipsissima audaci
strue & præsidentia, pari aut superiore nunquam
satis coercita libidine, excusso Ecclesiæ leniori
iugo in farraginem contruserint, vt alio vocabu-
lo easdem quisquilias nuncupantes, nouo noua-
mine volaticam & recoctam nouiter refor-
mationem (vt vocant scilicet) publico excogitatam
exitio, omnisque boni libero eliminato arbitrio
auocatricem, nouo portento conflarent: quæ ad
eternas sedes aspirantibus viam obstruit, & gemi-
natis erroribus omnifariam intercludit.